



tes, & viderunt, & prædicaverunt multa non mediocri admiratione digna. Antonius Abbas, dum seculi voluptuaria malignas illusiones secum considerat, totum terrarum orbem laqueis refertum vidisse dicitur. Quæ res nonne aperte nobis indicat, in quantis versemur vite periculis, qui quotidie iner mortiferam cupiditatem vitam multiplicis pedicæ vestigia figimus? Quod si inuoluimus impleri, meditando sunt cælestia, relinquenda terrena, contemplationis alis ad superna evolandum, inferiora dimittenda, atque contemnenda. Qui sic agunt, securi sunt. Et de illis in Proverbiis dicitur: Frustrâ jacitur rete ante oculos penatorum. *Abbas. in vita ejus.*

Bonitus Arvernenfis Episcopus, dum noctu in Ecclesia meditationibus invigilat divinis, ecce pulchram ut Luna, electam ut Sol, Beatam Virginem Mariam virgineis choris comitatum ad se venire videt, iussus Missam celebrat, indumentum miri candoris ab ipsa Dei Genitricis sibi oblatum accipit. Visio abiit: Ille ad se reversus infomniū fuisse putabat, donec idipsum indumentum iuxta se facere conspexit, quod adhuc extare dicitur, & cernentibus rei fidem facere, nemine deprehendente neque limi, neque texturæ genus. Magnum fuit tale munus accepisse, sed majus tali spectaculo inersuisse, & ejus visionis dulcedinem, quam non frui in cælo, gustare cepisse in terra. *Sur. tom. 1.*

ROMUALDUS Abbas, ordinis Camaldulensis auctor, cum ad Sutrii montis monasterium devenisset, & ibidem Missam celebraret, aliquandiu in extasi raptus stetit. Post hæc Psalmorum effici meruit expostor, quorum paulo ante ne ledor quidem fascia idoneus fuerat. Dum enim ipsum Dei verbum (quod tunc manibus contrectabat) intentius considerat, sanctorum verborum percipere meruit anagogen, latentemque sub littera sensum. Plurimum annorum studium ad tantum divinæ eruditionis profectum nunquam illum extulisset, ad quantum die una Christi perduxit contemplatio. *Pet. Damian. Anton. part. 2. tit. 15. cap. 15.*

THOMAS AQUINATEM Catholicæ veritatis locupletissimum differtorem, dum de Deo diu multumque cogitat, à solo attollit, & altitudine ferè cubitali in aera pendere visum ferat. Neque deinde tantæ contemplationis fructum dissimulare potuisse, vultu prodente jucunditatem, quam intimam conceperat præcordia. Extasi autem tam profunda rapi solitum, ut interdum candelam accensam tenens, ea deum ad manum usque consumpta, flammæ calorem non senserit. Quem prius non sensisse, is etiam, qui id factum non videtur, fidem facere poterant non pauca in manu ipsius, ac digitis adhaerentibus vestigia. Qualia ergo illa, aut quantæ delectationis fuisse dixerimus, quibus occupatus animus non advertebat corporis tormenta, vel ad quæ sese mens erigens, carnis quoque pondus secum trahere videbatur, dum supinum stare, & humum non contingere cogit. *Anton. Pizamen. & alii Sur. tom. 2.*

Equè alta contemplationis indicium in Benedicto Abbate mirabilis visus præbuit. Noctē interpesta cælum per fenestram intuens Deum adorabat, quando lumen vidit, quo nox ipsa ita resplenduit, ut cum die posset contendere. Mox totum mundum conspexit, ardē, atque angustè conspiciuntur perexigui pilæ inflat. Cælum quippe intuens supra cælum mente evectus est, & per creaturæ considerationem, ad Creatorem usque pervenit. Illius ergo lucem, quam animo ageraverat, oculis vidit, & in illius luce tanquam in speculo mundum universum. Sed idem quidem tam parvum, quoniam tantum momentum statera (ut Scriptura ait) sic est ante Deum orbis terrarum, & tanquam gutta rosis antelucani, qui descendit in terram. *Greg. Dial. l. 2. c. 15.*

Sed quid nunc de te, Pater Franciscus, dicam? Quantum tibi quoque adhuc in terra degenti tua contulit contemplatio? Vidisti fulgentem Salvatoris nostri Crucem, vidisti sanctum Seraphim, à quo Seraphicus dici meruisti. Inde tibi singulari quodam privilegio Dominicæ crucifixionis cicatrices corporaliter vindicasti, ut cujus paupertatem, mansuetudinem, humilitatem fueras imitatus, ejus etiam sacratissima Passionis signa in manibus, in latere, in pedibus referres, & cum Paulo gloriarî posses, dicens: Christo confixus sum Cruci: vivo autem, jam non ego, vivit verò in me Christus. Mihi autem absit gloria nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ego enim signata Domini Jesu in corpore meo porto. O felicem servum; cui Dominus quinque tradidit talenta, ut quibus ille perditum

redemit mundum, hic labentem repararet Ecclesiam. *In vita Franc. c. 12.*

Nunc quoque scemini in meditando miracula contingere, ut inflicti nostri ordo servetur, referamus.

Mariam Magdalenam, cum in solitudine ætatem ageret, statuti dici horis supra cælum ab Angelis vœctatam tradunt: quod si (ut ajunt) in corpore, cum Apostolos deie dubitet: quanti illam meriti fuisse dixerim? Miraret post hæc mori potuisse, si non eodem die semper ad terras relatum dicerent. Tantillum temporis in illis æternitatis locis morabatur, quantum competere poterat mortali. Interim ergo, etiam corpori proxima, illi inhærebat, quem mente, atque animo nunquam admittebat: adeo assidua Dei meditatio prius carnem ipsius cælo dignam fecerat, quam terrena labor liberam. Et si tantus fuit Mariæ in deserto contemplantis fructus, quanta est nunc in Paradiso cum Christo regnantis gloria? Jam ibi perpetuo habitat, ubi quondam vel unius horæ momento mansisse felicitatis fuit. *Sylvest. Prioris, & alii Sur. Tomo 4.*

Mariam quoque Ægyptiacam, quæ Urbana luxu riaz molliem eremi asperitate fregit, Zoymas Abbas orantem corpore supra terram suspensio altitudine ferè cubitali vidit. Itaque quantum olim per corporis turpitudinem in profundum perditionis corruerat, tantum postea per meritæ contemplationem, necdum sarcina carnis deposita, extolli meruit, dum oraret. Quam malè cum illa actum erat, cum delitiis distuleret, tam deinde bene, cum respicere cepit, & in sensu cogitare circumspectionem Dei. *In vitis PP.*

Elizabeth Pannonum regis filia, dum se supra se tollens cælestia meditabatur, in extasi abibat, & mente cernebat, quod oculi perviderere non possunt: quod ne tum quidem, cum ad se redisset, dissimulare poterat, tantam etiam tacita facies hilaritatem præferat. Eadem cum aliquando nimio labore fatigata, lassaque refedisset, oculis in cælum intentis, fronte modò jucunda, modò tristi apparuit. Er confessio est, se in nubibus vidisse Jesum, qui nunc se ostendens latam reddebat, nunc tenebris, mœllam. Denique ipsum sibi dixisse: Bono animo esto, filia: ego tecum sum. Et se respondisse: Ita, Domine, tu mecum, atque ego tecum. Magnum profectò divinæ liberalitatis beneficium, ut homo Deum alloquatur, majus, ut alloquentem audiat: maximum, ut unà cum illo sit. Et tamen quoties eum contemplatur nihil in fide hesitantis, quoties ejus amore, desiderioque inardescimus, toties cordi nostro insidet. Et verè nobiscum, atque adeo intra nos est, dicente Apostolo: Qui adhæret Domino, unus spiritus est. *Conrad. Canticon. Elizab.*

Hinc etiam Elizabeth virgo egregium Comagiensis monasterii decus, cum sese cælestium contemplationis penitus dedisset, oblitusque interdum corporis membris, ac sensibus, diu veluti exanimis jacebat. Inde illi non pauca, quæ futura erant, divinitus revelata fuisse perhibent, soliamque Beatæ Virginis frui colloquii. Librum etiam, qui Vitarum Dei dicitur, Angelo dictante, ab ea scriptum. Cum hæc ita sint, nonne Paradisum habuit in terris, quoniam mente semper in cælis fuit? Aliàs etiam, die Cænz Domini, usque ad Sabbatum sanctum corporeorum sensuum usi substracto, quasi mortua permansit. Sed interim toto animi vigore in Deum translato omnia Dominicæ Passionis Mystra isdem horis, eodem ordine gerere cernebat, quo gesta noverat. Ubi autem corpori fuit reddita, haud amplius quàm unius horæ spatio se dormisse putavit. Ex quo facile percipi potest, quam illi gratum erat hujusce dormientis spectaculum. Breve enim videri solet omne, quod delectat. Delectabat autem eam, non Christum pati videre, sed videndo compati Christo. *Ibidem.*

\* MEDITATIONIS CIRCUMSTANTIE.

UTPUTA.

FRUCTUS MEDITATIONIS.

Iidem & communes Contemplationis.

Primus est, quod eximia animum voluptate perfundat, & tranquillet. Unde & suavissimo somno cum comparat. *S. Greg. l. 5. Moral. c. 21.* dicitur figuratè per Jacob dormientem in itinere, scalamque, cui innixit Dominus, & per quem Angeli ascendunt, & descendunt, videntem. In itinere dormire ait, est in hoc vite præsentis transitu à rerum temporalium amore quiescere. Angelos ascendentes, & descendentes cernere, est cives supernæ patriæ contemplari.

II. Quod fructum rerum terrenarum, qui est earum amor, convertat in cælestem, quia ut iterum sanctus Gregorius consideratione æternæ patriæ de loco suo animus movetur, quia dere-

derelicis infimis in cogitationibus supernis ponitur. *Lib. 26. Moral. c. 22.*

III. Quod per hæc pariter brevissima via ad vitam spirituales profectum; quod infinis Sanctorum exemplis confirmatur, quorum corda idem, qui supra, *Gregor. l. 2. in Ezech. hom. 15.* sunt thalami, in quibus anime per amorem invisibili sponte punguntur.

IV. Multum conferat ad mortificandas animi passiones, & perturbaciones, quem fructum expendit *S. Bernardus serm. 51. in Cantica.*

Tradit scriptis suis frequenter *Cornelius à Lapide*, & in particulari scribens in *cap. 6. Deuteronom.* Societatis Jesu fulcrum, & fundamentum esse frequentem meditationem, omnemque illius zelum, efficaciam, & actionum omnium fructum, [ quia & honorum omnium cum temporaria, tum spiritualium accumulationem ] ex hac manare, & profluere.

Pissinus Thomas à Kempis summus Meditationis cultor fuit, ejusque fructum non semel in se expertus, manu propria libello quem de imitando Christo conscripserat, inscripsit ipsum illius auctorem à multis vitiis demonstrabat. In omnibus requiem quaesivi, & non inveni, præterquam in cen-  
B hoekem met eem boekem: hoc est, præterquam in angulo, aut seculo aliquo, cum libello pio, cujus lectione solitariam animum refeceret.

PRÆMIA MEDITATIONIS. CONTEMPLATIONIS.

ENOCH, & ELIAS perfectionis suæ spiritualis remunerationem etiam in hac vita per translationem miraculosam in paradisum consecuti sunt, quia ille, *Gen. 5. v. 22.* legitur ambulasse cum Deo, hic verò *3. Reg. 17. v. 1.* dicitur in conspectu Dei stesisse.

Relictus S. Dorotheus Abbas sacratissimo discipulo suo Dositheo, cum vitam monasticam arripuisset, hoc præceptum dedisse aures literis didicendum. Nunquam cordi tuo Deum excidat: cogita semper Deum tibi presentem, & te coram illo stare. Fecit Dositheus sedulo, adeo ut nec in ægritudine quidem licet gravissima, & extrema cogitationem tam salutarem dimiserit. Atque hac exercitatione consecutus est, ut quinquenni spatio, ex milite nobili, adolescentulo dissolutus, vitiis ante cooperato, & luxu seculi perditio, sanctissimus juvenis, & Monachus perfectus evaserit, & post obitum quibusdam sanctitate claris per visum inter beatos anachoretas tum in cælo regnantes conspexerit fuerit.

DE S. ABEL scribit *Jos. sepibus l. 1. antiq. c. 4.* cum idcirco Deo gratissimum excisisset quod in omnibus actionibus suis Deum præsentem reputavit. Quia Moyses invisibiliter Deum tanquam visibilem sustinuit, ut loquitur *Paulus ad Heb. 11. v. 26.* meruit à facie ad faciem cum Deo loqui, sicut amicus cum amico, ut est *Exod. 33. v. 37.* loquitur.

REX EXECHIAS morti vicinus cum in hæc verba Dominum orasset Obsecro, Domine, memento quæso, quomodo ambulaverim coram te, &c. promeruit miraculosam vite sue prorogationem in quinquæ annos, & à servitute Regis Assyriorum liberationem. *Isaie 38.*

CUM S. GREGORIUS Agrigentinus Antistes (Gregorio Magno aqualis teste *Simeone metaphrasie*, adolescens Hierosolymam sanctorum locorum venerandorum causa profectus esset, tempore quadragagesimæ in quoddam monasterium Palestinæ diverit, ubi ut conspexit monachos eximia in Deum religione præditos, & alios quidem in cælestium rerum contemplatione à terra sursum attolli, alios lacrymarum quasi fontibus inter precandum perfundi, alios non aliam quam angelicam traducere vitam, vehementer cepit pudore suffundi, & de salutis suæ statu conturbari. Quod cum præfectus monasterii animadvertisset, suspicatusque esset id evenisse, quod longius à patriâ, amicisque abesset, in hæc verba cum allocutus est. Fili, ne animum nimio mœrore obrutas, confide in Deo, brevi patebit tibi reditus in natale solium. Verum respondit Gregorius: Non ea causa mei mœroris est, quod longe à conspectu meorum absum, sola enim præsentis ubique Dei contemplatio ad illum repellendum mihi satis est, dum enim cogito me continenter in ejus retri conspectu, & tutela, affatim solatium accipio, id verò unum me angit, quod tam longè absim à vita verè religiose perfectione. Hoc responso audito pater digressus est, intelligens non indigere suo solatio eum, qui ad perfectionis cultum jam pervenisset, & alios solari posset. *Apud Sarium 23. Novemb.*

MARGARITA illa, cui à Castello Italiae urbe cognomen erat, quæ fuit ejus germana patria, frequenter admodum felicissimum Jesu Christi ortum ex Maria illibata contemplari solebat. Et cum post obitum sanctæ ejus Dei famula (seu virginis) corpus esset unguendum, extraque de more chirurgus extraheret, simulatque cor Margaritæ ab ea, qua pendebat, est parte divulsum, unio inustitate magnitudinis, & admirandæ pulchritudinis inde profuit, in quo Christi nascentis imago videbatur. Apparebat quoque beatæ hujus virginis Margaritæ figura flexis genibus ante Christi præsepis sacrosanctum. Nempe tam prævia Margaritæ templum Dei fuit, ejusque divinae parentis, nonquidem ex his lapidibus, in quos passim offendimus, sed ex gemma extructum, ubi sanctissima Mariæ Virginis mite puerperium videretur. Hunc unionem in factratio adis S. Dominici, cujus Margaritæ institutum complexa erat, hodie & servari, & conspici, *P. Ludov. Gran. Conc. 3. natalis Dom. s. 3.* affirmat, cujus hæc est omnis historia. *P. Joan. Bonif. lib. 2. de hist. Virg. cap. 1.*

TEMPUS OPPORTUNUM.

Volens Deus, ut populus Hebræorum summa animi contentione ferretur in observationem mandatorum, qui illis permanum Moysis dederat, eorumque memores semper essent, iussit per Moysen reficari illorum memoriam, *Deuteronom. cap. 5.* sique inierat alia ferè commendari, ac jubet in hunc modum Narrabis ea filiis tuis, & mediteris in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque confurgens.

Quibus verbis vult, ut meditentur observationem mandatorum ipsius quovis tandem tempore, & occasione, quod de aliarum rerum cælestium meditatione accipi etiam potest à potissimum tamen, dum cubitum concedimus, vel à decubitu furgimus.

Est hæc pia Christianorum praxis, ac valde utilis, ut dum cubitum concedunt, orent & pui aliquid cogitent, in eaque cogitatione indormiant, ita præter alia, diaboli tentaciones, & illusiones, atque se da phantasmata elidunt, & evadunt. Idem faciunt, cum nocte evigilant.

Hinc RABBI MOSES censuit, gallos gallinaceos tuo cantu media nocte, homines docere, ut tum surgant ad laudandum Deum. Testis est *Pineda in Job. c. 38. vers. 36.* Ubi S. Gregorius tradit, gallos profundioribus horis noctis valentiores, ac productiores edere cantus; manè verò leniores, ac minores: quasi qui prioribus excitent dormientes; posterioribus invigilant jam expergestos, ad matutinam orationem Deo fundendam; quem ipsi suaviori voce laudant, ac suo modulo venerantur; unde & Ecclesia canit: *Gallus jacentes excitat, & somnolentos increpat.*

Denique hinc S. Ephrem tom. 3. serm. ascet. & B. Dorotheus serm. 11. & S. Bernard. lib. de vita solit. impense viris piis tam vespere quam mane exactam sui curam, custodiam, & examen commendat: quin & Pythagoras, inquit S. Hieronymus *l. 3. contra Russen. c. 10.* sanxit, duorum quam maximè habendam esse curam, mane & vesperi, id est eorum, quæ acturi sumus, & eorum, quæ gesserimus.

Unde & nocturnæ aves inquit S. Ambros. *l. 2. Hexam. cap. 24.* canoro carmine occasum diei solent præsequi, ne immunes abeant gratiarum actionum, quibus creatorum suum omnis creatura collaudat.

*Lycanus, & Abulensis* volunt Deum velle hoc loco Hebræos ita efficaciter meditari sua præcepta interditi, ut eadem dormientibus in somnis recurrerent. Nam ut ait *Arifot. 1. Ethic.* meliora sunt phantasmata in somnis studiosi, id est, ejus, qui studet virtuti.

ITA B. XAVERTUS ex diuturna orandi consuetudine, etiam H dormiens orabat, exclamabatque, o Deus, o Jesu amor mi, Deus meus, & omnia.

Tales erant olim & Monachi illi, qui quod parum dormirent, & ferè pervigilarent in Dei laudibus, dicti sunt Accemetæ, quasi dicas: Non dormientes: quasi fuit *Idorus*, de quo *Palladius in Lausiacis* ait, quod nunquam data opera dormiret; sed in opere, ait, vel somptione cibi somno oppressus connebat aliquando, ita ut somptione cibi somno oppressus occideret. Causam rogatus respondit: si quando perstiteris Angelis ut dormiant, tum virtutis studioso quoque perstiteris. Tales enim ex diutina, & assidua meditatione de Deo, rebusque divinis caldem formabant.

Denique monet *Hierem. Thren. 2. 19.* dicens: Confurge, lauda (id est, ora Deum) nocte in principio vigiliari, nocte enim Judæ, æquè,

quæ ac Romani, distribuere in quatuor vigiliis, & in singularum principio Jeremias suadet, ut laudemus Deum. Ita Ecclesia olim noctu faciebat, inde enim habemus in officio Ecclesiastico tres nocturnos, & laudes. Vide Consuetudinem examen.

MEDIA PERVENIENDI AD PERFECTIONEM MEDITATIONIS.

Primum medium assignat Joan. Cassian. his verbis. Quisquis ad Theoricum voluerit pervenire, necesse est, ut omni studio, atque virtute actualem primò scientiam consequatur, &c. Hæc autem actualis perfectio duplici ratione subsistit. Nam primus ejus modus est, ut omnium natura vitiorum, & curationis gratia cognoscatur. Secundus, ut ita discernatur ordo virtutum, earumque perfectione mens nostra formetur, ut illis non jam velut coacta, & quasi violento imperio subiecta famuletur, sed tanquam naturali bono delectetur, atque pascatur, & arduam illam, atque angustam viam cum oblatione conficiat.

II. Medium tradit Clemens Alexandrinus, Puritatem cordis, immò Christus ipse, dum ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Consentit B. Bernardus l. 5. de Consideratione. Prima, inquit, & maxima contemplatio est admiratio majestatis, hæc requirit cor purgatum, ut à vitis liberum, & atque exoneratum peccatis, facile ad superna levet, interdum quoque vel per aliquas morulas stupore, & cessati suspensum tenet admirantem. Et in Cantica. Placeat necesse est facies, quæ in Dei claritatem intendere potest. Neque enim id possit, nisi clara ipsa quoque esset, & pura, utique transformata in eandem, quam conspicit, claritatis imaginem, alioquin ipsa dissimilitudine resilliret in solito reverberata fulgore.

Ergo cum pura intueri poterit veritatem, tunc faciem ipsius sponsum videre cupit. Vide plura loco de Corde.

III. Medium proponit S. Prosper, idque multiplex. Vitæ, inquit contemplativæ sectator ad conditorem suum corde illuminandum accedit, ipse contemplando, atque insatiabiliter perscrutando vigilanter inserviat, ipsum jugiter concupiscat, præ amore ejus omnia, quibus inde potest averti, fugiat, omnes cogitationes suas, ac totam spem ex illius delectatione suspendat, litterarum divinarum sacræ meditationibus vacet, in his se divinitus illuminatus oblectet, ibi se totum velut in speculo quodam resurgente consideret, quod in se pravum deprehenderit, corrigat, quod rectum est, teneat, quod deforme componat, quod pulchrum excolat, quod sanum servet, quod infirmum assidua lectione corroborat, &c. Et cum hæc, & his similia contemplativæ vitæ desiderio affectus impleverit, non se hic jam ex parte omni perfectum, sed perscrutandum in illa beata vita, quæ futura est, immobiliter credat, atque ad eandem se, ubi Dei subsistantiam revelata facie videre possit, extendat.

IV. Medium est S. Gregorii in Ezechielem, nempe consideratio vitæ sanctorum. Non solum, inquit, alta sanctæ Ecclesiæ membra, quæ prominent, habent contemplationis gratiam, sed plerumque hoc donum etiam illa membra percipiunt, quæ æthi per desiderium ad summa emicant, tamen adhuc per officium in imis jacent. Et paulò post. Sic in contemplationem nostram multa cogitationibus circumeundo proficimus, sicut exempla bonorum sæpe quarimus, ut in moribus proficiamus. Nam cum jam cogitat animus ad meliorem transire: quidquid melius de aliis audire possit, exquirat, nunc hujus, nunc alterius sancti vitam ventilat. Unde & electus quidam, qui in expanso rivo S. Ecclesiæ per universum mundum mentis oculis miserat, bonorum vitam ad imitationem requirens dicebat. Circuibat, & immolabo in tabernaculo Dei hostiam jubilationis. Ecce, ut immolaret jubilationis hostiam, circuibat, quia nisi animam huc illicque ad bonorum vitam exquirendam mitteret, ipse utique ad jubilationis sacrificium non perveniret. Cum vero sancti viri intra Ecclesiam ad loca summa perducuntur, eorum vita quasi in speculo ponitur, ut cuncti videant bona, quæ debeant imitari.

Exemplum hujus medi habemus in S. Antonio, qui ut ad perfectionem vitæ contemplativæ, & anachoreticæ brevi perveniret, adhuc adolefcens omnium cremitarum, quos laude aliqua virtutis præstare audierat, cellas obibat, & instat apiculis prudentissimè variarium virtutum roscida mella colligebat, ut commemorat S. Athanasius sub initium vitæ illius.

V. Medium suggerit S. Basilii in Constitutionibus Monasticis, idque Monachus congruens in hæc verba: Quod si majori Mariam Magdalenam imitari, quæ spreto corporis obsequio,

altius ad rerum divinarum contemplationem ascendit, legitimè, ut patet, verè negotium tractato, corporis curam abiecit, agriculturem deseruit, apparatus etiam epularum, & oboliorum aspernat, & ad Domini pedes assidit, & quæ ille dicat, auscultat, ut arcanorum divinitatis percipere efficiat. Si quidem officii huius, qui corpori impendantur, potior est dogmatum Christi contemplatio. Et iterum. Proinde si tibi quoque in animo fuerit Christi arcanus imbui, & ad pedes illius affideris, totam ibi rem deseres familiarem tuam, & vacuus ab omni solitudine deges: corporis proprii etiam obliviscere, atque hoc modo in contemplationibus versans familiaris cum eo colloqui poteris, ut Mariam ita imitere, & supremæ gloriæ fructum consequere.

VI. Medium contemplationis semper jungendum, tradit S. Bernardus in Cantica, nempe Orationem. Si quis nostrum, ait, integrè & perfectè juxta verbum Sapientis cor suum tradat ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecetur, simulque votis omnibus studeat secundum Hsiam Prophetam parare vias Domini, rectas facere semitas Dei sui, cui cum Propheta facere dicere. Oculi mei semper ad Dominum. Et, Quia providebam Dominum in conspectu meo femer, nonne hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo? visitabitur profectò frequenter, nec unquam ignorabit tempus visitationis suæ, quantumlibet, qui in spiritu visitat, clandestinus veniat, & furtivus utpotè reverendus amator.

Idem tradit Ricardus in Benjamin minore. Sine triplici studio ad hujus inquit, cognitionis cellitudinem non perducimur. Per studium operis, per studium meditationis, per studium orationis. Multa enim experimur operando, multa invenimus investigando, multa extorquemus orando: Innumera siquidem, quæ nec per experientiam operis, nec per investigationem rationis invenire valeamus, per importunitatem orationis edocere meremur.

\* IMPEDIMENTA MEDITATIONIS.

S. Bernardus serm. 5. de Assumptione B. V. Mariæ, tria impedimenta enumerat his verbis. Tria sunt, quæ oculum intelligentiæ confundunt, atque à contemplatione veri luminis excludunt: tenentur scilicet peccatorum, recordatio eorumdem peccatorum, cura terrenorum actuum. Primò illo morbo turbatum se plangebat Propheta, cum diceret: Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Cum enim luce justitiæ delitimus: nil aliud quam peccatorum nostrorum tenebras invenimus. Item secundum se gravari sentiebat, cum dicebat. Converteris tu in ærumna mea, dum configitur spina, peccatorum scilicet recordatio. Tertio occupari se conquevit, cum dicit: Quia cinerem tanquam panem manducabam, cinerem scilicet actionis pro pane contemplationis. Quicunque ergo mentis oculum divini contemplationi vult intendere, profectò necesse est, ut eum prius ab hoc triplici impedimento studeat purgare. Quòd si quis facere contendat, noverit contra triplicem morbum triplex quoque fere remedium. Nam primus quidem per confessionem, secundus per orationem, & tertius curatur per quietem.

Idem alibi duo alia commemorat impedimenta, nempe corporis invalitudinem, & irruentium phantasmatum copiam. In hoc arcanum, ait, & in hoc Sanctuarium Dei (contemplationis scilicet) si quem forte vestrum aliqua hora hic rapit, & sic abscondi contigerit, ut minime avocet, aut perturbet, vel sensus egeat (ut in agro) vel cura pangens, vel culpa mordens, vel ea cæcè, quæ difficultus amoverit irruentium imaginum corporearum phantasma, poterit quidem hic, cum ad nos redierit, gloriari, & dicere. Introduxit me Rex in cubiculum suum.

Unde Joannes Cassian. collat. 10. non semel monet, ut quales orantes volumus inveniri, tales simus ante tempus orandi. Necesse enim est mentem in tempore supplicationis suæ de statu præsentis formari. Cum enim sit mens ad studium orationis exerere, ait S. Greg. 10. moral. c. 17. earum rerum imagines reverberata patitur, quibus libenter prius otiosa premebatur.

Sextum impedimentum profert S. Thomas in altera summa Theologie parte, vehementiam passionum. Duo sunt, inquit, quæ impediunt actum contemplationis. Vehementia passionum, per quam abstrahitur intentio animæ ab intelligibilibus ad sensibilia, & tumultus exterioris occupationum.

Plura requiruntur ex loco de Contemplatione, Judiciio Extremo, Cogitatione.

Medorum

Medorum duces fortes.

Quere Fortitudo, fortes. REGES.

Vide in loco de Magistratu. Tit. Magistratus chronologicè consideratus.

\* Mel,

Materia, Loc. Alimentum. Vide loca materialiter considerata. Item eadem formaliter considerata. S. Mel respectu efficientis, materia, qualitatis, &c. Item locum de Alimentis.

Usus in facris.

Require in loco de Ethicis. Tit. Ethnicorum Religio, S. Sacrificia considerata respectu materia.

IN veteri lege Deus vetuit fermentum, aut mel adolere in sacrificio. Causam reddit Rex Salomon: Quia mellis collectrix sit apis, quod animal habebatur impurum, natum ex putribus boum cadaveribus. Verum hoc falsum est. Constat enim apes ex apibus in alvearibus progigni, idque sine concubitu. Vera ratio est de melle æque ac fermento, est enim mel pani instar fermenti: nam mel coctum acorem contrahit, panemque, cui miscetur, fermentat. Secundo, mel stomacho est inimicum, quia bilem generat.

Tertio, Gentiles offerebant mel Baccho. Ita Ovidius l. 3. Fastor.

Liba Deo sunt, succi quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta non ferunt.

Quin Plutarch. l. 5. Symp. g. 5. mellis admixtione ait, vinum corrumpi. Unde & melle gustato vinum non sapit.

Causa tamen tropologica fuit, ut significaretur, debere à facris abesse voluptatum, & deliciarum blandimenta. Ideoque Phasæ comedi jubetur cum Lactucis agreffibus.

SYMBOLA.

Mel symbolum est hominis voluptuarii. Item adulatoris, qui cum mel in ore habeat, in occulto gerit caudæ spiculum, quo ferit, & vulnerat. Unde Sapiens, Labia meretricis comparat furv mellis. Proverb. c. 1. Ita Procopius, Eucherus, Beda, Radulphus.

MELLIS PRÆSTANTIA VARIA.

Dignitas, & præstantia mellis varia est. Si loca consideramus, laudatissimum est apud Scriptores quod provenit ex Hymetto, Insulis Cycladibus, & Sicilia, quod appellant Hyblaum, inter quæ etiam quoddam copiam excellit, quod in Creta, Cypro, & Africa nascitur: quod cæra splendorem, quod in Pelignis: quod favorum magnitudinem, quod in Germaniis ubi octo pedum longitudinis favum visum scribit Plin. l. 11. c. 14. Si verò tempestitivitate præcipuum attendamus, æstivum quod horreum vocant, excellit. Si oculos, sedesque foliorum, unde eximitur, thymosum: præsertim è thymo dulcius, & acre odoratus, perlucidum, subtilissimum, nec humectum, grave, & minime fluxum.

In Sardinia mel amarum gignitur, propterea quod apes ibi melleum rorem ab abyntu colligunt. Item in Heraclia Ponti, ubi aconium nascitur, mel invenitur, quod qui edunt, bibuntve, non secus affliguntur, quam qui aconium hauserunt: itaque mente abalienantur, ac sudore distillant: ut testatur Dioscorides l. 2. c. 75. & l. 6. c. 8. & Plin. l. 21. c. 13. Nimirum natura, ut apibus cuspidis dederat, & quidem noxiissima & in ipso D de melle, quod dulcedine allicit, venenum miscuit, ut cautionem, minisque avidum faceret hominem.

DE MELLE SYLVESTRI.

Non constat inter Interpretes, quid sit mel illud sylvestre, quo D. Joannes vescabatur, ut scribit Matth. c. 3. Rabanus putat esse arborum folia candida, & tenera, quæ trita manibus saporem quasi melleum exhibent. Eademque est sententia Atulphi Galliarum Episcopi, qui ad ea loca peregrinatus est. Alii volunt, esse humorem ex arborum foliis collectum. Faber credit esse illud mel, quod inter cætera Plinius facit tertium Erycaemque vocari ait l. 11. c. 16. quod apes deficientibus aliis floribus colligitur ex Eryca, qui frutex autumnis tempore florendet, cum reliquæ omnes herbe, & virgulta deloruerunt: estque id mel injucundum, ac maxime probati saporis. Ad

quam sententiam aliquantulum accidit Isid. Pelusot. l. 1. epist. 5. & epist. 132. ejusdem libri ad Timotheum Lebborem. Non est, inquit, herba mel sylvestre, sed mel monacum, quod ab agreffibus apibus conficitur, summèque amarum est, & gustatui omni festum, atque inimicum.

Suidas ait esse rorem, qui ab arboribus collectus, à quibusdam manna dicitur. D. Chrysolom. & Theophylact. esse mel in lapidum scissuris ab agreffibus apibus confectum: quod sentit etiam Euthymius, nisi quod amarum id esse, & insuave inquit.

\* Melancholia, Melancholici.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Melancholia, quæ Latinis dicitur atra bilis, una est ex quatuor complexionibus, sive humoribus in corpore nostro contentis, & permixtis, juxta ipsorum elementorum, à quibus ea constant, commixtionem. Qui quidem si iusta proportione insint, cum integra sanitate rectè consistunt: Habentque suas proprietates, quas paucis descripsimus in loco de Complexione.

Hoc autem loco agimus de Melancholia ut est excessus, adeoque morbi genus, & definitur delirium sine febre, cum meru, & merore sine iusta causa ortum ex intertemperie cerebri potissimum, quamvis etiam ex alia totius corporis indispotione ejusque hypochondriis visceribus, ut puta ab hepate, liene, & mesenterio proveniat. Hinc melancholia hypochondriaca appellatur.

EJUS ACCIDENTIA, ET PROPRIETATES. Melancholia cum ex frigida, & sicca intertemperie cerebri oriatur, & corpus affligit, & animam torquet. Est enim experientia notum, Melancholicos facile timere ob humoris intertemperiem, qui irascibili passione se immergit, estque vitali spiritui contrarius. Suntque excordes, mestri, ad lachrymas proni, morosi, & caperæ frontis. Talem fuisse Heraclitum existimat Theophrastus, & Bellerophonem, qui loca deserta planctu, & lamentis implebat. Tristitia hujus causa est bilis atra luxurians, quæ etiam nonnunquam insanæ est radix, quomodo Plautus scribit:

Delirat uxor atra bile percita.

Vigilant assidue, somnumque inquietum captant, & tenebras amant, ac silentia. Aristoteles ingenio pollere asseruit: quod aliquando legens Cicero, dicebat, tardiore ingenio esse melle, & ab hoc humoris genere longius abesse. Quin in plerisque sunt imaginationes adeo distorte, ac monstrosæ, ut necias quæ non imaginentur, & prædicant, ac præfugiant. Legimus Marcum quandam, aliumque Melancholum Syracusanum præclaros post Melancholiam evasisse Poetas. Immo Avicenna scribit, Melancholicos nonnunquam præfata tam mira, ut à Dæmone obsessi videantur. Exemplis res fiet manifesta.

EXEMPLA MELANCHOLICORUM.

Ubi nonnulla de eorum curatione. Galenus l. 3. de locis affectis, quatuor narrat memorabilia. Quidam Melancholicus se sigulinum vas factum putabat, atque idcirco sui timens collisionem obviantibus cedebat.

Alter gallos cantare audiens, ut hi ante alarum cantum, sic ille brachiorum plausu latera quatens, animantium sonum imitabatur.

Timebat alius sui, aliorumque perniciem ex mundi ruina, quod Atlas juxta Poetarum figmenta, ipsum sustinens, sed tanto onere languescens, ipsum à se excuteret, suamque cervicem deponeret.

Ætius meminit Cujusdam, qui se capite carere asserbat, H quod ob tyrannidem sibi amputatum opinabatur, hunc sustulit, & arguta Philoromi Medici inventio, primitim restituit sanitati, nam plumbeo pileo capiti repente imposito, & gravitatem sensit, & caput se recepisse exclamavit, gavisusque plurimum vana imaginatione liberatus est.

Quidam mulierem curavit, Tralliano referente, cum putaret illa serpentem se devorasse, vomitum medicamento, citando, atque in id quod rejectum fuit parvam bestiam, per omnia descriptæ à vana imaginatione ferè similem imponendo.

Studiosus quidam dum litteris operam daret, præpostera imaginatione sibi persuasit, ea longitudine nasum excrevisse, ut veritus, ne undequaque impingeret, loco se movere auderet, quantoque magis alii opinionem hanc eximere nitentur, tanto magis in stolidia sua persuasione persistebat. Tandem medicus, pragrandi frusto carnis assumpto, ac penes se

se abscondito subitam ei mali sublevationem pollicitus est, tollendamque praelongum illum nasum asseruit, & compresso paulisper naso simulato idu, & ostensa illa carne velut naso amputato, illum fessellit.

ARTEMIDORUS Grammaticus, viso crocodilo, tanto terrore percussus fuit, ut omnium quaequae sciverat, obliuisceretur, adeoque firmiter sibi persuadebat, brachio uno, ac crure privatum se esse, ut hanc ei conceptam phantasmam nemo adimere poterit.

Quamplurimi reperti sunt Melancholici, qui se mortuos existimabant, neque ad cibum capiendum cogi poterant, medici ut ad cibum capiendum eos inducerent, hoc utebantur artificio. Collocabant in lecto penes agrotum servum aliquem, qui se mortuum fingebat, nihilominus si quid oriret, quod debeat, hocque astu Melancholico persuadebant mortuos non minus quam vivos manducare, & appositis alimentis uti.

Non ita pridem visus est, qui se omnium mortalium miserimum assererebat, quod nihil esset.

Quidam magne auctoritatis vir, vitreum se esse putabat, & in hoc solo imaginatio ejus hallucinabatur: de ceteris rebus singulis magno cum judicio discutebat, dissedebat plerumque, & amicorum visitatione, ac confortio plurimum gaudebat, verum ne propius ad se accederent obnixè rogabat.

Degit adhuc in vivis insignis vir, & Poeta Regni Francie eximus, qui paucis abhinc annis ridicula, & inaudita deludat imaginatio. Cum incendiis febris continuata assuaret, Medici praescripserant unguentum aliquod narcoticum, quod populeum dicunt, hoc unguentum naribus, fronti, & temporibus afficiebant. Ad eo tempore tanto odio prosequitur populeum, ut quicunque ad se accedit, unguentum hoc olere censat, neminem nisi à longè sibi loquentem admittit, si qui vestes attigerit, mox eas abiicit, neque amplius eas gessit, induci potest, nihilominus bene de omnibus discurrat, neque desistit Gallica poesi nominis sui famam commendare immortalitati. Tentatum hæcenus modis omnibus tam suavitati persuasionem eximere, exhibita sunt unguenta descriptio, ut ostenderetur nihil in ea periculosi contineri, scit ita esse, assentitur hoc declarantibus tamen usque adeo pertinaciter, objectum hoc ipsi impressum est, ut nemo oblitescere quibusvisque rationibus possit.

Alexius I. de morbis longis refert, se vidisse Melancholicum, qui se laterium opinabatur, adeo ut potum omnem, ne C liquore solveretur, respueret.

Alius pedes se vitreos habere imaginabatur, neque progredi audebat, ne pedes rumpebantur, metuens.

FERRARIENSIS Pistor, se ex butyro compaginatum jurjurando affirmabat, nulloque pacto igni, vel clibano appropinquare volebat, expavescens futuram corporis collisionem.

Maximè ridicula ex omnibus, quas legi, de Senensi quodam nobili delirationis inaudita historia, cui nullo modo persuaderi poterat, ut urinam redderet, aiebat enim, si minxisset, totam urbem diluvio perituram; quem ad locum excernendum eleganti commento medici perduxerunt. Namque coniecto in viciniam domum igne, & pulsantibus campanis, ad insanientem famulos, ac domesticos dimiserunt, magno incendio urbem conflagrare nunciante, enixèque orante, ut reddita urina civitati semi concremata opem ferat, flammis cuncta vastantibus (quod unicum auxilium genus superesse asserent) lotii sui copia extinctis. Commento hoc persuasus miser ille Melancholicus, ne perderet civitatem omnem, reddidit ad resurgendum incendium quidquid velle contentum servavit, sicque integram corporis valetudinem recuperavit.

Communia sunt eorum deliria, qui se Reges, Imperatores, Monarchas, Pontifices, Cardinales factos asserunt, rariorem enim hic solium percensere insituti nostri est. Atque hæc de Melancholia, quæ sedem suam in cerebro obtinuit, quamque produxit intemperies frigida, & sicca, sive materiam comitem adsciscat, sive sola persitit. Sequitur interdum morbos cerebri calidos, ut phrenesim, febres ardentes, tumque rubicunda apparet facies. Notat Avicenna balbos, & qui oculos habent mobiles, labra spissa, ac magna, hirsutos, & nigros, venis amplis praeditos, affectui huic magis esse obnoxios. Iustitia, pavor, profunda meditatione, interius cogitationes, & curæ, videtur ratio crassa, & Melancholico humori gignendo idonea, fepemore huic morbum protrulerunt.

De Erotica, quæ species est Melancholiz, ad insaniam,

ex amore pollicentis. Vide I. hujus operis. In loco de Amore, circa medium.

MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA.

Celebriores Medici definiunt hypochondriacam intemperiem calidam, & siccam venarum mesenterii, hepatis, & lienis factam ab obstructione crassorum humorum, qui calefacti plurimos vapores suscitant, à quibus varia illa hypochondriacorum accidentia originem ducunt. Hæc definitio omnem hypochondriacæ essentiam complectitur, cum partem affectam, & causam affectus comprehendat. Partes, in quibus hypochondriaca progignitur, sunt mesenterium, hepatis, & lien. Hujus autem multa sunt differentia, quas apud medicos videre erit, cum hæc nostro proposito sufficiant.

SIGNA, ET ACCIDENTIA.

Hypochondriaca confirmata accidit morbum accidentium feriem sibi comitem adsciscit, quæ tanta angustia agros sapienter prement, ut omni momento animam se acturos sperent. Nam præter communia Melancholiz accidentia, metum, & mesentium sentium, insipientem in præcordiis æstum, rugitum, & murmur per totum ventrem oberrare audiunt, statibus undequaque impetuntur, pectus opprimitur, ut cum doloris sensu repetita spiratione anheliu ducant, tenem, & pellucidam aquam frequenter expiunt, fluctuatione stomachi velut aquæ instantis diuexantur, cor violento, & extraordinario motu, palpitatione nuncupato, exagitantur, circa regionem lienis morsum, & pulsationem præcipit, sudore ex quoque accedente nonnumquam levi deliquio madent, facies sæpe rubescit ex flamma velut volante, ad leniter transiente, pulsus mutatur in parvum, & frequentem, universi corporis lassitudinem, & imbecillitatem, maxime verò crurum caustur, alio nonnumquam sunt libera, aut expedita, tandem corpus universum absumentur, & contabescit.

EXEMPLA.

Oblata sunt mihi, scribit Andreas Laurentius in operibus Therapeut. in lib. de Melancholia, c. 14, hypochondriacæ species duæ, quibus similes tota antiquitas, quantum è litterarum monumentis eruere possum, non vidit, neque fortè tales posteritas prehendit. Montepellii debebat honestus Civis, habitus Melancholici, & temperamenti atrabillati, qui spatio duorum, aut trium annorum levi hypochondriaca detentus, ita malum proferere, & incrementa sumere passus est, ut tandem ad extrema, quæ modo percensibo, deductus fuerit; Bis aut ter in die, levem per totum ventrem percipiebat motum, maxime circa lienis regionem, hinc exurgebat rugitus adeo vehemens, ut non solum æger, sed assistentes omnes cum audiret. Tinnimentum hoc ad medium horæ quadrantem perdurabat, atque dein vapor, seu ventus repente diaphragma, & pectus occupans, tantam spirandi proferbat angustiam, ut ab omnibus affirmaticis judicaretur. Hoc symptomate nonnihil remittente, reliquum corpus ita conquisatum comparabat, ut navi procelis agitata æquaretur. Tandem ventus hic ubi totum corpus inflarat per os summo impetu erumpebat, ut omnes stupescerent, coque assilati se melius æger habebat. Duobus verò, aut tribus mensibus ante obitum bis, terve per diem molestabatur, corde deliquio patiente, cum desiderio reddendi urinam, sic ut tandem animam efflaret. Corpore post mortem resecato, deprehensum pectus semiplenum aqua nigricante, & fetida, quæ etiam sinister ventriculus redundabat, idemque color magne artetiz trunco erat.

Turonis fuit anno elapso 1626. Vir nobilis juvenili ætate ab annis aucto, aut novem Hypochondriaca infectatus, indies circa noonam matutinam rugitum ad lienis regionem percipiebat. Hinc humorem elevat ad pectus, & vaporem cum rubore ad faciem, & summam partem capitis ascendere animadvertit. Unde & artetiz temporum pulsare, venæ in vultu intumescere, vires debilitari, sic ut cum difficultate loqui, aut spirare vix posset, eumque externa calore urerentur, interea frigore rigescere, præter alia admiranda, quæ superant industriam medicorum. Quæ autem finem fortissimè fit ille morbus, eventus doceret. Ita ferè And. Laur. in tract. de Melancholia.

Novimus in Brabantia Virum eruditum, & Philosophum perspicacem, supra mediam ætatem, qui an naturæ inclinatione, an inordinato studio, nam Philosophiam in celebri Gymnasio annis multis prælegit; dubitatur, Melancholiam hypochondriacam contractus, jam annis 25. & pluribus cum ea miserè

miserè conflatur. Videtur enim introsum quibusdam velut aquam vorticibus agitari, crucians frequenter, & quietis impatiens, nam ambulando subinde, neque enim sustinet gravem motum; videtur levamen aliquod percipere. Vultu, ut plurimum, & naso rubicundo, sed affectus pejoris indicem; nam, & frequenter difficultatem patitur circa respirationem. Quoad cætera rectè valens, & vegetus.

Memoria.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Memoria quæ vivis Græcis, Zeker, & Zicaron Hebrais fusa vocis significatione trisariam à Philosophis accipitur. Primum pro facultate ipsa, quæ recordatur. Secundò pro recordandi actu. Tertio pro habitu, sive imaginibus, quarum interventu exercetur memorandi actus.

Potentia autem recordandi est vis animæ, quæ rerum cogniturarum imagines tanquam depositum recondit, ac servat, ut eas, cum fuerit opus, exhibeat: quæ pertinet illud Danauseni l. 2. fil. orb. h. c. 20. vis ea quæ meminimus, est memoria, & recordationis origo, ac promptuarium. Ac illud Augustini l. 20. Confes. cap. 8. Omnia recipit recollenda cum opus est, & retractanda grandis memoriae recessus, &c.

Aristoteles memoriam habitum imaginationis esse definit, tanquam simulachrum illius rei, à quo orta est imaginatio. Cum enim ad facultatem imaginandi sensus pervenit, tum illa, quæcunque tandem affectio phantasma dicitur. Excitata igitur sentiendi facultate à sensu, id quod offert rei sensibilis imaginem, è qua se phantasia natum est, imaginis, & simulachri rationem habet ad ipsam rem phantasia perceptam: & sic imago quædam est in facultate phantastica rei, quæ ob sensum cecidit. Cum autem circa phantasticam facultatem retentio, & habitus phantasticus fit: Memoria nuncupatur, quæ quidem brutis quoque communis est. Illa verò discretæ facultas, quæ reminiscitur, solis ratione præditis cogitatur. Nam quod discretum est, ad rationem pertinet: proinde Aristoteles ait, animalia bruta meminisse quidem non autem reminisci: solum verò hominem utrumque facere. Porphyrius de anima, & ejus potentias.

Memoria est facultas animi, quæ quis eam, quæ sensu alio externo, aut interno cognovit, in mente continet. Itaque actio hujusmodi est introsum conversa: est enim Memoria, velut dicta tabula, quæ ut aspectu oculorum efficiat actum notitiæ, sic illa intuitu animi intelligentis, aut cognoscens. Quæ notitia non est simplex. Nam consideratio est, cum inquirat, & scrutatur: Recordatio verò cum ad id perventum est, quod volumus. Est & in Recordatione reculus, cum animus insistit in recordatione rei aliejus, multum eam retractans cogitatione, & revolvens: quod recolare nominatur. Quæ recordatio simpliciter gignitur intuitu animi in memoria, ea communis est nobis cum beluis: quæ autem fit per gradus quosdam, & discursum à rebus, quæ ante animum overbantur, ad ea, quæ subterfugerant, hominis est propria, qui solus discursu utitur, reminisci, à Philosophis nuncupatur. Reminiscencia nobis est, quod Græcis ἀνάμνησις, quæ est in recordationem reductio, quæque recordationis recordatio. Habemus igitur Memoriam, Recordationem, & Reminiscenciam.

\* DIVISIO.

Memoria est duplex. Naturalis, ea quæ nostris animis est insita, & simul cum cogitatione nata: Artificialis verò illa, quam infirmat inductio quædam, & ratio perceptionis. Sed quia in cæteris rebus ingenii bonitas imitatur sæpe doctrinam: ars porro naturæ commoda confirmat, & auget: ita fit in hac re, ut nonnumquam naturalis memoria, si cui data est egregia, similis fit artificiali.

Cæterum naturalis memorandi facultas, ut docent post Simplicium 3. de anima Vext. 20. D. Thomas p. 1. q. 79. art. 6. Alenfi 1. part. q. 79. memb. 2. art. 1. est duplex: una sensitiva, quæ sedem obtinet in capite: altera intellectiva, quæ in ipsa residet animæ nostræ substantia, estque sensitiva animæ, nec re, nec specie ab intellectu distincta. De quo videtur Aristot. l. de memor. & reminisc. quævis eo libro videtur solum agere de memoria sensitiva, quæ etiam brutis convenit, non tamen omnibus, ut dicemus statim. De intellectu agere videtur l. 3. de Anima, c. 4. text. 6.

\* SUBJECTUM.

Ubi igitur de carentibus memoria.

Memoria sensitiva, hanc enim communiter intelligimus, subjectum est animal, non tamen quodcunque. De homine res est extra controversiam. In animalibus brutis nominatim canibus, equis, avibus, experientia clarum facit omnium eorumdem, repetitione locorum, & latibulorum, scholis cognitione, item dominorum, altorum, &c.

De piscibus quamvis neget S. Basilii; exempla sunt obvia, quod in zivariis ad sonitum campanulae coeant turmatim. Refertque Plin. bist. Nat. l. 10. c. 70. cum plausu congregari solitos ex consuetudine: immò & ad nomen vocatos advenisse in piscinis Cæsaris, non modò consercim, sed privatim quosdam.

Quæ pertinet quod de Delphino idem Plin. l. 9. c. 7. narrat, quem dum inclamaret puer quovis tempore, comparabat, dorsumque præbebat ascensuro.

Conchylija tamen, & quæ marinis copulis adhærent: lumbrici etiam, ac vermes plurimi, immò & muscæ secundum Albertum M. quamvis alii probabilius id negent; memoria carent.

\* ORGANUM.

Communis Philosophorum sententia organum memoriae sensitivæ, illius videlicet quæ species proximè ab imaginatrice facultate sibi commissas retinet, statuit posteriorem capitis partem, quam occipitium dicimus, in eaque sedem illi figit. Est enim alius capitis partibus solidior, ut tenacius illi inhæreant infixe species.

Galenus post Hippocratem summus artis medicæ princeps in Microteche cerebri tenuitatis temperate esse memoriam fomitum, causamque præcipuam arbitrat: quoniam crassiore parte illa obrepat oblivio, qua humectiore item hebescant sensus, sicciore autem evadant liquidiores. Porro, Avicenna 6. Nat. trabente, egregia illis suppetit memoria, quorum animæ multis non distrahuntur motibus, nec convellitur cogitatio. Quæ ratio plene efficit, ut pueri, quamvis humectioris sint naturæ, pertinaciter tamen retineant, quæ imberint, simul & propter motus vehementiam, ut adicit Thomas. Nam & quæ miramur amplius memoriæ adglutinantur, adfigunturque, admirantur autem ferè omnia pueri, ut quibus nova, ac insolita sint. Hoc verò est, quod significat Quintilianus, ubi natura nos tenaciores ait, eorum, quæ à tenacis annis imbibimus. Contra verò in senioribus, redundante humoris vi, contingit memoriam esse nullam, sed timentibus excutitur memoria, propter frigiditatem humores congelantem, quibus coeuntibus, conerescentibusque, nulla recipi impressio potest, &c. De reminiscencia, & memoria vide Platone in Phil. ac Phædro, dialogis.

\* ACTUS, ET OBJECTUM.

Memoriæ duo sunt actus, unus qui accepto à potentia nomine memoria dicitur, & definitur à Philosophis, rei antecognitæ, ut cognita est, repetita cognitio. Unde præteritæ solum memoriæ subiciuntur: & non nisi improprie ad præsentia memoria extenditur.

Alter Reminiscencia communiter vocatur. Eiusque progressio, qua potentia memorandi venit in cognitionem ejus, quod memoriæ non occurrerat, sic ut requiritur ad hanc antecedens oblivio, cum notitia iterata rei, quæ exciderat. Unde & discursu opus habet. Ideoque Aristoteles soli homini reminiscenciam adesse scribit cap. 1. de memor. & reminisc. neque eam brutis competere. Lege D. Thomam p. 1. q. 78. art. 4. & ex recentioribus, Fernelium l. 6. Psychol. cap. 14.

\* ENCOMIA, PRÆSTANTIA,

UTILITAS, EFFICACIA.

Quanta sit utilitas memoriæ, constat ex eo, quod parum omnino referret tam multum legere; audire, animadvertere, nisi illa memoriæ tradita, quasi tabellis recondita aservare possimus. Fuit profectò hoc nobis à Deo adversus rerum ignorantiam, & oblivionem datum remedium, ac subsidium. Unde Plin. in l. de Educat. lib. vocat memoriæ cellam penuriam disciplinarum. Et in fabulis est, scripturamque à Platone in Theæteto, memoriæ esse matrem Musarum: Itemque sapientiam esse memoriæ, & experientia filiam.

Illud certè memoriæ misticæ commendat, quod absque illa nemo absolutam prudentiæ rationem obtinere queat; cum ad rectè judicandum de iis, quæ agenda sunt, quod prudentiæ munus est, multum conferat præteritorum recordatio, & experientia; quæ, teste Aristot. Metaph. c. 1. ex multarum



A quorum alterum ex agilitate consequendi, facilitatem amittendi, alterum ex retinendi difficultate, capiendi segnitiam annexam habere consuevit. *Petrarcha.*

ADRIANUS Imp. tanta fuit memoria, ut locos, negotia, milites absentes quoque nominibus recenseret. *Suet. in Dion.*

NEPOTIANUS, Heliiodoti Episcopi nepos ex sorore, presbyter monachus, tanta fuit memoria, ut in disputationibus, & familiaribus colloquiis si quid in medium productum esset, statim dignosceret: ut puta, Tertulliani esse illud, Cypriani istud, hoc Lactantii, &c. Lestione denique assidua peccus suum bibliothecam Christi effecit. *Hieron. in Epistaphio.*

MAURILIUS, Cadurensis Episcopus sub Rege Guntrano, in sacris Scripturis ita versatus erat, ut Genealogias veteris Testamenti plerumque memoriter recitaret. *Aimoinus lib. 3. de rebus gestis Francorum, cap. 34.*

GENETHLIUS Genethlii F. Palastinus, Iohanna, Minutiani, & Agapeti discipulus totam declamationem auditam memoriter recitabat. *Suidas.*

THEODORUS METOGHTES, qui Andronici Palzologi Imp. tempore, Dromi Logotheta fuit, memoriz praestantia ad summum omnium eruditionis fastigium conscendit. Si quid ex eo sive novum, sive antiquum quaereres, ita recensebat, quasi ex libro recitaret. Quare in eius colloquiis parum, aut nihil opus erat libris, erat enim viva bibliotheca, & eorum, quae scire velles, oraculum. *Gregoras lib. 7.*

B FRIDERICUS I. Imp. omnium eorum, vel infimorum, quibuscum semel locutus esset, recordabatur. *Casp.*

FRANCISCUS Tigri Pisanus, professor juris, insignis fuit memoria, adeo ut Bartolus saepe in commentando eius opera sit usus, & in legibus, quas in promptu non habebat, inveniendis. *Baldus, & Frichardus in vita Bartoli.*

LUBOVICUS Romanus protonotarius, juris peritus, memor erat omnium, quae ipse unquam aut legisset, aut audisset, nec oblitus erat eorum aliquid, quae ipse vidisset. Nec ut ceteri iurisperiti principia legum in disputando allegabat, quae quasi codicem legeret, sic textum memoriter referebat. Vir summus non admirationi, sed stupori futurus omnibus populis, nisi pestifera huc vix trigefimum aegressus aetatis annum in Basilienfi Concilio perisset, cum horis sex triginta decubisset. *Aeneas Syl. lib. 1. de gestis Basil. Concilii.*

PETRUS, Petri Lombardi frater, Trecentis presbyter, Comestoris nomen accepit, quod sacra Scripturae auctoritate in suis scriptis, & concionibus tam expedite uteretur, atque si eam in ventrem memoriz ingestam concoxisset, & in sui substantiam convertisset. *Tribemius.*

Aetate Sabellici Antonius Ravennas multa millia rerum itans percipiebat animo: & eo, quo accepta essent ordine, memoriter reddebat. *Sab. lib. 10. cap. 9.*

C MAXIMILIANUS I. Imp. fuit memoriz tam tenacis, ut eum semel aliquem secum loquentem vidisset: post longam temporis intercaepedinem denuo agnosceret. *Casp.*

IO. PICUS MIRANDULA audita semel a recitante carmina, & directo, & retrogrado ordine recensere poterat. *Jean. Franciscus in eius vita.*

CHRISTOPHORUS LONGOLIUS memoria tanta fuit, ut ad ea tollenda, quae animo semel in sedissent, diuturnitas temporis vix aliquid valetet. De pluribus, & variis rebus saepe interrogatus, de quibus à multis annis nihil legerat, non minus prompte de singulis solitus est respondere, ac si eo die ab eo perlata fuissent. Si quando de his rebus sermo incidere, quae à diversis, & variis scriptoribus tractata essent, cum respice essent eadem, ita tamen oratione solebat distinguere, sua verba singulis scriptoribus, à quibus ea accepta, referendo, ut non memoriam ea dixisse, in quo saepe offendi solet, sed de scripto produnciatse videretur. Quae saepe dum faceret, ita auditorum admirationem incendit, ut eum artificio quodam, non naturali memoriz bono, ut existimarent. *Auctor vitae.*

Corsicum quendam adolescentem, juris civilis studiosum, Patavii se novisse M. Ant. Muretus lib. 3. Variarum lectionum, qui ad triginta sex millia nominum, eo, quo recitata essent, ordine, absque cunctatione recensere poterat. Artem se à pedagogo quodam Gallo domi suae accepisse aiebat: atque eam paucorum dierum spatio Francisco Molino patricio Veneto commutavit, magna omnium admiratione, cum Molinus ante memoriam maximè infirma fuisset. *Salutando.*

CYRUS major Persarum Rex, in exercitu numerosissimo no-

minatim singulos alloquebatur. *Plin. lib. 7. cap. 24. Fab. lib. 10. cap. 2. Val. Max. lib. 8. cap. 7. & Sab. lib. 10. cap. 9.*

CYNEAS Theffalus, Pyrrhi legatus ad Romanos de pace, postredie, quam urbem Romam venit, curam ingressus, Senatui, atque equestrem ordinem suo quemque nomine salutavit, absque nomenclatore. *Plin. lib. 7. cap. 24. Plut. in Pyrrho. Solinus cap. 7. Cic. lib. 1. Tusc. quast. Seneca in prologo declamat.*

Petebat Appius Claudius censuram cum Scipione Africano, à quo Carthago deleta est. Ut verò favorabilior fieret, memoriam quoque ostentando, nominatim à se populum Rom. salutari praedicabat, cum Scipio omnes ferè ignoraret. At Scipio illudens: Vera (inquit) naras: ego enim non multos cognoscere, sed ne ab ullo profusus ignoraret, sum adnixus. *Bel. lib. 20. cap. 10. Antiq. Lect.*

L. SCIPIO populi Rom. nomina absque nomenclatore in salutationibus, & praehentionibus memoriter tenebat. *Plin. de Vir. illust. lib. 7. cap. 24. Hist. nat. lib. 10. Solinus.*

NERO Caesar omnes ordines subinde ac memoriter salutavit. *Suet.*

USUS NULLUS MEMORIAE.

OCTAVIUS Caesar post Mutinense bellum, deinceps neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites locutus est unquam, nisi meditata, & composita oratione: quamvis non deficeret ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriae adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, insituit recitare omnia. Sermones quoque cum singulis atque etiam cum Livia sua, graviore, non nisi in scriptis, & à libello habebat: ne plus, minusve loqueretur ex tempore. *Suet.*

CONSERVATIO MEMORIAE.

ANTIGONUS Rex, cui legationibus agens, simul ex monumentis dicerat, quinam apud se antea legationem obissent, & cum quibus, item de quibus rebus, ac negotiis. In dandis itaque responsis mentionem singulorum faciens, apud legatos effecit, ut praestantissima memoria praeditus videretur. *Polye. lib. 4.*

OBLIVIO.

Pete ex loco proprio. MEMORIA DEBILIS. QUORUM, Numerorum.

THRACES olim tam obtuso fuere ingenio, ut quaternarium numerandum transcendere nequirent. Melitides ultra quinque numerate non potuit. *Plut. Praeceptorum, Mandatorum.*

THESEUS in Cretam mittendus, cum parentem confirmaret, & domitium se iactaret Minotaurum: aliud velum gubernatori Aegeus candidum dedit cum praepro, ut in reditu sospite Theseo atolleret candidum, aliàs navigare cum atro, & signum cladis ederet. Simonides negat candidum ab Aegeo datum, sed punicum velum, illic eximie virefcentis flore tinctum liquido: atque id insigne dedisse eorum salutis. Victo autem Minotauru, cum Atticæ appropinquaret, memorie excessisse, cessasse item gubernatori ex gaudio, narrat, ut velum quod erat salutem eorum significaturum Aegeo in altum darent: unde dependentem animum de rupe se illum praecipitavisse, & extinctum fuisse. *Plut. in Theseo. Nominum.*

Habebat Augustus Nomenclatorem obliviosum, cum hoc genus hominum oporteat in primis valere memoria. Is ad forum iturus, rogat Caesarem, nunquid eo mandaret: Accipe inquit, commendatitias: nam illic meminim notum habes. Atqui hoc est proprium nomenclatorum munus, omnium, nomina, cognomina, tituloque dignitatum tenere, quo heris, cum opus est, suggerant. Unde illis etiam nomen est inditum, & Graeco, Latinoque constat. *Suet. in Aug. Macrobius lib. 2. cap. 4. Saturnalium.*

DIDYMO Grammatico, quo nemo plura scripsit, accidit ut eum historiae cuidam tanquam vane repugnant, illius proferretur liber, qui cum continebat. *Ludov. Vivies de Causis corrupt. artium lib. 2.*

Inter cetera in Claudio Caesare mirati sunt homines & oblivionem, & inconsiderantiam, vel, ut Graecè dicam, *περὶ τῆς ἀμνηστίας τῆς ἐπιθυμίας.* Occisa Messalina, paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit. Multos ex iis, quos capite damnaverat, postero statim die, & in concilio, & ad alex. lusum admovei iussit: & quasi morarentur, ut fomiculosos per nuntium increpuit. *Suet.*

Literarum,

Literarum, Scriptorum, Lectorum.

CALISTUM Sabinum hominem sanè divitem, ita fuisse memoria nulla, scribit Seneca, ut illi modò Ulyssis nomen excideret, modò Achillis, modò Priami: quos tamen bene noverat, quam padagogos nostris novimus: nihilominus eruditus volebat videri. Quamobrem compendiarium excogitavit. Magna summa servos emit: unum, qui Homerum teneat: alterum, qui Hesiodum: novem praeterea Lyricis singulos assignavit. Postquam verò hac illi familia comparata est, cepit convivas vexare: habebat ad pedes hos, à quibus subinde cum petere verus, quos referret, saepe in medio versus excidebat. Suavit illi Sallustius Quadratus, stultorum divitum arrofor, & quod sequitur arrior, & quod duobus his annexum est, desitor, ut grammaticos haberet analectas, hoc est, lectione multa exercitatos, qui, quicquid legisset, haberent in promptu. Erat enim in ea opinione, ut putaret se scire, quod quicumque in domo sua sciret, ut luctaretur, hominem agrum, pallidum, gracilem: cum Sabinus respondisset. Et quomodo postum, vix vivo. Noli obsecro (inquit) dicere: nonne vides, quam multos servos valentissimos habeas? *Ex Seneca Celius lib. 13. cap. 31. Antiq. Lect.*

CAUSA. OCCASIO. MEMORIA

debilis, ex Timore. Vide Tit. Obmutescentis. Ostantatione.

DIOGENES Cynicus, cum Rhetorem quendam, ostentandae eruditionis, & eloquentiae causa longi circuitu utentem, & principis coli, à quo circuitus ille totus pendebat, oblitum non aptè concludentem audivisset, Hesiodianum illud (ὁ δὲ κῆρ ἄλλοτὶ τῷ πρῶτῳ κῆρ) paululum immutans sic exclamavit: *ὁ δὲ κῆρ ἄλλοτὶ τῷ πρῶτῳ κῆρ.*

Vocat autem Rhetores ἀραβόλους, circuitum orationis. *Aristot. in 3. Rhetoricorum.*

YENESIO:

CURIO cum pro Sex. Nevio diceret, Cicerone pro Titinia Cotta perorante, subito totam causam oblitus est: idque yenesicis, & cantionibus Titiniae factum esse dicebat. Adeo autem labili erat memoria, ut aliquoties tria cum populoisset, aut quantum adderet, aut tertium quaerere. Quicquam in scriptis obliviscerebat, quid paulo ante posuisset. Orator tamen habitus esse, propter verborum bonitatem, & expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem. *Cic. in Bruto.*

MEMORIA VACILLANS.

ERRATA MEMORIAE. Aristoteles in 11. cap. ult. *Ethicorum ex Odyss.* u. versus affert, eosque Dea Calypso tribuit, quos tamen Ulysses profert. *Pariter lib. 3. cap. 12. Agamemnonis verba ex Iliad. B. Hectoris ex Iliad. A. assignat, quandoquidem valde inter se similes sunt orationes. Idem in 3. de Moribus ad Nicomachum Calipsonis nomine pro Circes posuit, & in 2. de Studio dicitur, ubi Aegyptiorum regis nomen immutavit. Plut. praeterea, licet accuratissimus scriptor, quandoque hac culpa laboravit, ut in Nicia, cum inquit: ὁ δὲ Ἀριστοφάνης κλίσαν ἀπὸ τῆς λέξε, ἀπὸ τῆς πρὸς Ἰσθμίας, & Νουκίαν παρὰ τὴν: neque enim hunc verum edit apud Aristophanem Cleon, sed Agoracritus, quem ut ἀλαστοτόπιον, exagitat. *Victorius lib. 3. Var. lect. cap. 3.**

Jocatus est, ut solet Plautus, cum in Pseudolo ita D cum lenone loquentem induxit eorum: *Quia forsitane faciam ego te hodie me.*

Item ut Medea Peliam concouisset suam: *Quem medicamento, & suis venenis dicitur Fecisse vixus ex sensu adolescentulum: Item te ego faciam.*

Neque enim Peliam Medea, sed Aesonem esse juvenem reddidit: cum autem recepisset, idem se fiduram Peliae effecit, ut infelix femex naturam suarum manibus concideretur. Quod si coquus ille idem fecisset: juvenem Ballionem, ut Medea Peliam fecerat: non sane bonam neque expetendam operationem induxisset hominem lordidum, & abjectum, de industria perperam ac coarctatam veterem illam fabulam fecerit. Quod si Ciceronis etiam illud à Catone majore ita legendum est (ut sanè legendum puto) Quo quidem me proficiscentem haud sanè quis facile retraxerit: neve tanquam Peliam rec. *L. B. vit. Haman. Tivat. Tom. V.*

coxerit: nimirum tale aliquid hic quoque comminiscendum est: nam aut decorum id, & consentaneum Catoni credit: quod & memoria vacillare *παρὰ τὸν λόγον*, & interdum habet aliquid gravitatis in magnis viris minus accurata fabularum, & talium rerum cognitio: ut hoc quoque inter *ἰστορίας*, Ciceronis *ἀπομνημονεύματα*, numerandum est. *Muretus lib. 6. Var. lect. cap. 10.*

Cum errata nonnulla è genere eorum, quae *ἰστορίας ἀπομνημονεύματα*, vocantur, vivente ad huc ipso ab amicis Ciceronis scriptis deprehensa sint postea etiam A. Gellius, quod Titronem, familiareque ipsius fefellerat, quoddam adnotavit. Sed superiore quoque aetate *Politianus in 3. libro de Divinatione*, eodem modo ab ipso peccatum fuisse declaravit, cum quaedam apud Homerum locutum fuisse Agamemnonem scripisset, quae manifesto edit illic Ulysses. Non multò post Homericum versum convertens, quod Ulysses pronuntiavit, ab Ajae dictum tradit: Ulysses enim est, qui apud Achillem, quaerens de ferocitate Trojanorum, sententiam illam edit: *Ζεὺς δὲ ἰσθμὸν κροῖδὸν ἰδὲ Ζεὺς ἰσθμὸν κροῖδον*. Sed non est, quod miremur tam saepe memoria vacillasse Ciceronem: est enim id vitium proprium senectutis, quae aetate ille se ad haec *ἰστορίας ἀπομνημονεύματα* scribenda dedit: habuitque semper animum occupatum maximam cogitatione rerum, quamvis enim, ut ipse testatur, defensionum laboribus, senatorisque muneribus esset magna ex parte liberatus, non patiebatur tamen vita tam clari civis, in tantis rebus versari, ut penitus se literis, otioque traderet. *Victorius lib. 3. Var. lect. cap. 3.*

Ex Herod. lib. 5. Dienecces Lacedaemonius: Trachinio quodam asserente Perlas sagittarum multitudine solem obscuratos, respondit: In umbra igitur pugnamus. Prius illud Perla gloriant, & terrenti tribuit M. Cicero. Posteriori interpretes Vespasium Aristophanis Leonida regi: errato uterque *ἰστορίας*.

Cicero in 2. de Gloria, memoria lapsus, Ajacem scribit *ἀπὸ τὸν Homerum Iliad. u.* cum Hector congressum, peete, ut si forte victus esset, sepeliatur, atque etiam Homericos versus interpretatur: sed male. Neque enim Ajax id petit, sed Hector sub persona eius, quem in singulari certamine interfecit, esse, sed sibimetipsi omando, profert. *Vide Coll. lib. 2. cap. 6.*

Cicero in 2. quaestione Tusculana, inquit: Aspice Philoetæ, tam, cui concedendum est gementi: ipsum enim Heracleum viderat in Oeta magnitudine dolorem ejulantem: Ceterum non Philoetæ Herculeum in Oeta acerrimis doloribus oppressum viderit, sed pater ipseus Pezantem tempore manifesto repugnant. Ad Trojanum enim bellum, cuius dux Agamemnon fuit, profectus est Philoetæ: Hercules vero multò ante in deos relatus erat. Pezantem autem ab eo sagittas dono accepisse, quas postea filio reliquit, certum est: testimonium multorum scriptorum. Apollodorus in Bibliotheca hic verbis docet, ubi narrat non fuisse dicto audientem filium Herculi, cum iussisset eum in cedere rogum: Pezantemque fortè illac praetereuntem, daro ille munere sanctum esse. *Victorius lib. 2. Var. lect. cap. 25.*

M. Tullius lib. 2. de Divinatione, inquit, apud Homerum conqueri Jovem, quod Sarpedonem filium à morte contra factum eripere non posset. At verò non inducit Homerum Jovem cum dolore dicentem, se non posse interitu liberare filium cum cuperet: sed dubitantem, an hoc ipsum facere oporteat contra fatum, aeternamque illam feriem causeram: in ancipiti quoque demum animam ipsius esse. *Victorius lib. 34. Var. lect. cap. 24.*

CICERO in Paradoxo Biantem scribit incensam ab Halvate Lydorum Rege patria Priene, dixisse: Omnia mea mecum porto, Atque neque Graeci tamen insignis dicti ulli in vita Biantis faciunt mentionem, neque Priensem tradunt Biantem vivo captam esse. Ut propterea memoria lapsus Cicero videtur. Seneca verifimilis, qui Silponi Megarenfi dictum attribuit, libro, Quod in sapientem non cadit injuria, secundo: nam Megaram tunc cepit Demet. Poliorcetes. *Lud. Vivies lib. 18. de Civ. Dei. cap. 25.*

Plut. libro, Quomodo distinguendus amicus ab adulatore, cum ingenium factum Cn. Domitii adversus M. Scaurum inimicum ipsius, recumque referre vellet, historiam contaminavit, remque ipsam contra, ac facta erat, exposuit, personis immutatis: quod enim Domitius egit, Scauro attribuit, ac de Scauro tanquam accusatore loquitur, reo autem Domitio. *Victorius.*

\* APOPHTHEGEMATA.

SOCRATES literas, quas vulgus putat repertas juvenandae memoriae